des specifischen Gewichts im Aussehen der gleichartigen Organismen nichts ändern, davon habe ich mich überzeugt und auch Famintzin giebt (p. 77) an, dass er kein mikroskopisches Kennzeichen auffinden konnte, „durch welches das verschiedene Verhalten des Organismus gegen das Licht characterisirt wäre."

Würzburg, den 3. Mai 1876.

Lichenes in Ægypto a cl. Larbalestier collecti.

Exponit W. Nylander.

Jam constat, Lichenes in Ægypto solum parcos obvenire, et forsan quidem terrae portio sit ubi haec vegetabilia in tellure parcissime distributa reperiantur. In commentariolo Lichenes enumerante ab Ehrenberg olim (anno 1820) ibi collectos rationem reddidi specierum, quae ad illud tempus inde cognitae erant (in Actes de la Société Linnéenne de Bordeaux, T. XXV, 1, anni 1864), nec excedunt 37; valde pauca alioquin eo pertinentia apud auctores memorantur.

Accessit nuper additamentum valde optabile, nam C. Larbalestier, investigator oculatissimus experientiaque lichenologica optima imbutus, in Ægypto versatus est fine anni 1874 et ineunte anno 1875, quo tempore bis Pyramides Ghizenses (vel Memphiticas) visitare ei licuit. Lichenes sic observavit praecipue in regione prope Alexandriam et ad Chephren vel secundam (mediam) Pyramidem in regione Memphitica (Cairensi). Deinde e Ghizeh meridiem versus in Nubia usque ad Wady Halpa vel secundam cataractam Nili iter faciens cl. Larbalestier, etiamsi diligenter attendens, ne minimum quidem vestigium invenit ullius Lichenis, quod maximam certe et singularem penuriam eorum vegetabilium testatur, etenim ibi—nescio quam ob causam—omnino deesse videntur.

Collectio, de qua agitur, sequentes species continet, inter quas nonnullae novae et addendae ad Lichenographiam aegyptiacam.

1. *Physcia parietina* L.

Supra ramos arborum et arbustorum frequens in Delta. Typica semper corticola.

Var. *subgranulosa* Nyl. Est minor, satis adnata, pro parte granulis minutis exasperata, praesertim ambitu lobis (angustatis crenato-incisis) glabris.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0283-5

Supra calcem nummuliticam inter Cheopem et Chephren, rara. Jam ab Ehrenberg super lapides pluribus locis lecta.

2. *Lecanora callopisma* Ach., Nyl. L. P. 36, Arn. Exs. 488.

Sporae citriformes, longit. 0,010—14 millim., crassit. 0,007—0,010 millim.

Supra calcem nummuliticam ad Pyramidas frequens.

3. *Lecanora pyracea* f. *pyrithroma* (Ach.)

Frequens cum priore.

4. *Lecanora gilvella* n. sp.

Thallus albido-flavescens vel dealbatus, tenuis, minute areolato-diffractus; apothecia vitellino-fulvescentia minuta (latit. 0,25 millim. vel minora), subinnata, subimmarginata, conferta, saepe subangulosa; sporae placodiomorphae (sed tubulo axeos nullo et interstitio inter loculos crassiusculo), longit. 0,009—0,014 millim., crassit. 0,005—8 millim.

Super lapides siliceos basi Pyramidis Chephren. Haec et prior soli fere sunt Lichenes, indicat in schedula Larbalestier, qui abundanter occurrunt in planitie Ghizensi.

Species videtur propria, facie *Lecanorae erythrellae* minoris, sed affinior sit *L. pyraceae* vel *vitellinulae*, a qua thallo praesertim differt. Minus evidenter vergere habeatur versus *Lecanoram murorum* vel ejus formam pusillam. Thallus K nonnihil purpurascens.

5. *Lecanora subcerina* n. sp.

Thallus glaucescenti-cinereus tenuis verrucoso-rugosus rimoso-diffractus; apothecia vitellino-aurantiaca (latit. 1 millim. vel minora), plana, marginata (zeorina) et margine thallino ruguloso (demum saepe subexcluso), conferta (inde saepe mutua pressione difformia); sporae 8nae variabiles (apicum loculis plus minusve inter se distantibus), longit. 0,009—0,015 millim., crassit. 0,004—6 millim.

Super cortices arborum frequens ad Zowyet el Ghazal et alibi secus Canalem in Delta.

Species forsan potissime disponenda prope *Lecanoran pyraceam*, a qua apotheciis lecanorinis et sporis nonnihil minoribus satis differt.

6. *Lecanora epixantha* (Ach.) Nyl. L. Aeg. Ehr. p. 4.

Sporae 8nae long. 0,014—18 millim., crassit. 0,005—6 millim.

Super calcem prope Pyramidem Chephren parce.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0284-1

7. *Lecanora umbrina* var. *cyanescens* (Ach. sub *L. Hageni).*

Sporae longit. 0,009—0,015 millim., crassit. 0,0045—0,0055 millim. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein sordide violaceo-fulvescens.

Supra truncos arborum in Delta parce.

8. *Lecanora athroodes* n. sp.

Thallus cinerascens vel cinereo-virescens, opacus, tenuis, subverrucoso-inaequalis, subdispersus; apothecia fusca (vel variantia rufescentia), conferta (latit. 0,5—0,7 millim.), margine thallino rugoso cincta; sporae 8nae incolores subfusiformes 1-septatae, longit. 0,009—0,015 millim., crassit. 0,003—4 millim., paraphyses mediocres clava fuscescente. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubens.

Frequentissima super truncos Mimosae circa Birket Ghuttas meridiem versus Alexandriae; sed etiamsi hic Lichen illo in loco abundat (potissime orientali latere arborum crescens), nullibi ejusdem specimina alibi occurrerunt.

Var. *extrita* Nyl. Thallus cinerascens vel cinereo-virescens, opacus, tenuissimus, demum rimosus; apothecia fusco-nigricantia plana conferta (latit. 0,2—0,5 millim.), margine thallino tenui subintegro cincta, pressione mutua saepe anguloso-difformia.

Rara supra truncos arborum ad Zowyet el Ghazal, nec alibi visa inter Alexandriam et Cairum.

Est species facie *Lecanorae exiguae,* sed revera e stirpe *L. dimerae,* notis datis distinguenda.

9. *Lecanora albariella* f. *subcaesia* Nyl. in L. Aeg. p. 5.

Thallus vix ullus: apothecia fusca caesio-pruinosa (latit. circiter 0,5 millim.), margine thallino vel epithallino tenui integro cincta; sporae oblongae 1-septatae, longit. 0,012—18 millim, crassit. 0,004—6 millim. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein nonnihil violaceo-tincta (thecae praesertim sic tinctae).

Supra calcem nummuliticam inter Pyramidas et tumulos Ghizenses.

10. *Lecanora pinguiuscula* Del., Nyl. L. Aeg. p. 5.

Thallus lurido-cervinus vel fusco-cervinus, opacus (plus minusve obsolete caesio-suffusus), verrucoso-granulatus et aggregatus (crassit. 1—2 millim. vel tenuior), subacervulato-diffractus; apothecia fusco-nigricantia (latit. 0,5—0,8 millim.), saepe caesio-suffusa, demum convexa et biatorina; sporae 8nae incolores oblongae vel fusiformi-oblongae, 1-septatae, longit. 0,011—17 millim., cras-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0285-7

sit. 0,0035—0,0045 millim., paraphyses mediocres, epithecium violascenti-rufescens. Jodo gelatina hymenialis vinose rubescens (praecedente coerulescentia).

Supra residua caementitia circa Pyramidas Ghizenses passim.

Est affinis *Lecanorae erysibae*. Spermatia arcuata, longit. 0,016—21 millim., crassit. 0,0005 millim.

11. *Lecanora rufescens* (Ach. sub *Sagedia*)?

Specimen visum sine apotheciis, sed spermogoniis frequentibus.

In recessu muri calcis nummuliticae prope Chephren parce.

12. *Lecidea subalbula* Nyl. Lich. Angol. p. 12.

Thallus albus tenuis rimulosus (K —); apothecia nigra, demum convexiuscula immarginata (latit. 0,5 millim. vel minora), juniora spurie thallino-cincta; sporae 8nae fuscae ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,010—13 millim., crassit. 0,005—7 millim., paraphyses fere mediocres, epithecium fusco-nigricans, hypothecium rufescens vel fusco-rufescens. Jodo gelatina hymenialis intensive et persistenter coerulescens.

Supra moles calcis nummuliticae ad basim Pyramidis Chephren parce, socia *Lecanorae pyraceae* pyrithromae (Ach.).

13. *Lecidea alboatra* f. *epipolia* (Ach.)

Cum priore et frequentissima ibidem.

14. *Arthonia palmicola* Ach. Syn. p. 5.

Thallus albidus tenuissimus; apothecia nigra subprominula minuta oblongo-difformia (latit. circiter 0,2 millim.), interdum subdivisa; sporae 8nae oblongae 3-septatae, longit. 0,010—13 millim., crassit. 0,004—6 millim. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubens.

Rara super corticem arborum (fici) in regione Alexandrina.

Extus saepe subsimilis *Arthoniae dispersae* (Schrad.), sed mox sporis distincta.

15. *Arthonia punctiformis* Ach. f. *subeminula* Nyl.

Thallus albidus tenuissimus; apothecia nigra rotundata vel oblonga, subeminula, plana (latit. fere 0,25 millim.); sporae 8nae oviformes 3-septatae, longit. 0,014—17 millim., crassit. 0,006—7 millim. Jodo gelatina hymenialis vinose rubescens, sporae etiam ita tinctae.

Rara supra corticem Mimosae in horto apud Abu Nischabeh ad ramum Nili dictum Rosetta.

Subsimilis *Arthoniae palmicolae* simpliciori, sed nonnihil major et sporis majoribus etc.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0286-3

16. *Arthonia dispersula* n. sp.

Sat similis *Arthoniae dispersae* (Schrad.), sed apotheciis brevioribus suboblongis (latit. circiter 0,1 millim.), sporis nonnihil minoribus, longit. 0,008—0,011 millim., crassit. 0,003—4 millim.

Rara super cortices arborum in regione Alexandrina.

Facies *A. palmicolae*. Macula thallina alba. Apothecia suboblongo-lanceolata vel obsolete subanguloso-abbreviata, interdum decolorata et pallescentia. Spermatia leviter arcuata, longit. 0,006—7 millim., crassit. 0,0006 millim.

17. *Arthonia Alexandrina* n. sp.

Thallus albido-cinerascens vel cinereo-virescens, opacus, tenuis, subgranulosus, effusus; apothecia nigra rotundata lecideiformia immarginata planiuscula (latit. 0,2—0,4 millim.), saepe sat conferta, intus obscura; sporae 8nae oviformes 1-septatae, longit. 0,008—9 millim., crassit. 0,0030—0,0035 millim., epithecium coerulescenti-infuscatum, hypothecium rufescens. Jodo gelatina hymenialis vinose rubens.

Super corticem fici ad Alexandriam parce.

Affinis *Arthoniae patellulatae*, a qua jam sporis minoribus differt.

Computatis Lichenibus ab Ehrenberg reportatis invenitur omnes ex Aegypto cognitos esse numero 43, exclusis nimirum *Everniis prunastri* et *furfuraceae* venalibus (quae facile ex aliis terris advehuntur), *Ramalina pollinaria*, quae incerta videtur nec specimen mihi adest, quod idem valet de *Lecidea albula* Nyl. L. Aeg. p. 7, forsan sistente *Lecideam subalbulam*.

Verzeichniss der Gefässkryptogamen,

welche Dr. H. Wawra auf seiner Erdumsegelung mit der Fregatte „Donau 1868—1871 und der Reise mit den Prinzen Philipp und August von S. Coburg 1872 und 1873 sammelte.

Von Dr. Chr. Luerssen.

(Fortsetzung.)

Polypodium L.

Polypodium subevenosum Baker in Hook. et Bak. Syn. pag. 320.

Malaka; Pulo Penang: no. 1376! (C. R.)

Die Exemplare sind zum Theil sehr jung, fructificiren jedoch hie und da; ich bin daher nicht ganz sicher, ob sie wirklich zur

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0287-8

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1876

Band/Volume: 59

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Lichenes In Aegypto a cl. Larbalestier collecti 281-285